

Universitätsbibliothek Wuppertal

Auli Gellii Noctes Atticae

Gellius, Aulus

Lugd. Batavorum, MDCLXXXVIII

Interpretatio Graecarum dictionum, quæ à Gellio Græce citatæ, nec ab eo
Latinæ factæ sunt

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1123>

INTERPRETATIO G R A E C A R U M

Dictionum, quæ à Gellio Græce citatæ, nec ab eo Latinæ factæ sunt.

Quæ in Praefatione.

- Π**έωλον, Peplum.
Κέρας Α' μαλθείας. Cornucopiae.
Κνεῖα. Favos.
Λειμῶνας. Prata.
Αὐθηρῶν. Floridorum.
Εύρημάτων. Inventorum.
Λυχνες. Lucernas, vel Faces.
Πανδέκτας. Pandectas.
Ελικώνα. Heliconem.
Προβλήματα. Problemata.
Εἰχθείδια. Παρεχειφίδια, Pugiones, gladiolos.
Περιμετρία. Negotialia.
Πάρεργα. Parerga.
Διδασκαλικὰ. Didascalica, vel Doctrinas.
Παντοδιπῆς ιστορίας. Omnimodæ historiæ.
Πάνκαρπον. Pancarpum vel frugifera.
Τόπων. Locorum.
Πολυμαθίη νόον, &c. Varia eruditio mentem non docet.

Θρησκείας χερή, &c. Lingua favere decet nostrisque choris decadere, quisquis harum imperitus est litterarum, aut mente impura, aut nobilium orgia Musarum, neque dicit unquam neque celebravit.

Quæ in Libro Primo.

CAP. 2. κυρελόντας, ησυχάζοντας & σωρείτας. Dominantes, Quiescentes & Acervos, Sunt sophismatum dia-

GRAEC. DICTIONUM INTERPRETATIO.

dialecticorum vocabula. Sic autem restituit hunc locum Janus Rutgersius, eo verius, quod horum ipsorum cum derise meminit hoc libro capiteque eodem & praecedenti Arrianus.

ἀκαλυπτός, ἀνενέκος, &c. Solutus, inviolatus, minime implicitus, liber, dives, felix.

εἰπέ μοι τέλος, &c.

De bonis cedo & malis, audisne?

Ad Ciconas Troja referens me ventus adegit.

τῶν οὐτων τὰ μὴ, &c. Rerum quædam bona, quædam mala, quædam indifferentia sunt. Bona sanè, virtutes: quæ vitii participant, mala. Indifferentia vero illa, quæ horum intermedia sunt, opes, sanitas, vita, mors, voluptas, labor: unde nosti? inquit. Sic Hellenicus in Ægyptiacis tradit. Quid enim refert, ita dicam, An Diogenes in moralibus, Chrysippusve aut Cleanthes? Hoc itaque exquisivisti decretumque fecisti tuum. Exponere quonam modo tempestatem in navi feras; numquid ejus distinctionis memineris, ubi instrepit ac stridet velum: & exclamat te si quis male feriatus ita alloquatur, repeate age tu ea, quæ modo ajebas, num sit vitium naufragium facere? num particeps vitii sit? an non isti fustem impingas? heus homo, quid mecum tibi? nos perimus, & ipse accedens ludis.

Si reus ad Cæsarem citeris, memento divisionis humanæ. Si quis ingresso tibi ac pallenti dixerit: quid tremis homo? quæ tua res agitur? numquid intus Cæsar virtutem & vitium ingredientibus largitur? Quid & tu meis malis insultas? Tamen, philosophé, dic mihi, quid tremis? nonne mortis aut carceris periculum est aut doloris corporis, aut exilii, aut ignominiae? Quid vero aliud? numquid in ipsis vitium est, aut aliqua vitii pars? Quid his de rebus ipse disservisti? Quid mihi rei secum est homo? Mala mihi mea sufficiunt. Recrèdis. Sufficiunt enim tibi tua mala, degener animus, ti-

GRAEC. DICTIONUM

miditas, arrogantia, quam in schola præ tē fers. Quid alieno splendore gloriabarī? Cur te Stoïcum profitebarī? Id vobis usurpate nomen, quod actiones vestræ demonstrant. Ita invenietis, cuius sectæ sitis. Invenietis autem plerosque vestrum Epicureos esse, paucos Peripateticos, eosque effeminatorios.

CAP. 3. εἰ δῆ βοηθῶν, &c. Numquid oporteat contra iustitiam amico subvenire? & qua fini, & in cujusmodi.

δῆ με συμπεάθειν, &c. Opus est me amicis opitulari, sed usque ad deos.

οὐκ οἴδι ἐπίτη, &c. Haud satis novi si quid in hoc genere sit nobilior: & an quæcumque pars ad quantamcumque alterius partem comparata, eligenda magis sit. Verbi gratia, hoc modo, ut & nobilior ære aurum sit, & auri pars quælibet, portionis cuiuslibet æris compatione sit pluris. verum nonnihil discriminis cum numerus tum vero magnitudo efficiet.

ἢ καλεμένη, &c. Quæ gratia apud homines vocatur, hoc quidem est juris diligentioris loco & tempore imminutio.

τεῖχος ψυχῆς. De anima,

ξείλων ὁ παλαιός, &c. Chilo senior, quum quempiam dicentem audisset, nullum se inimicum habere, an nullum etiam amicum haberet, interrogavit: amicitias inimicitiasque invicem consequi conjungique necesse esse arbitratus.

CAP. 5. κόμψη χλαινίς, &c. Elegans vestis, & molles tuniculae.

ἄμεσος, &c. Inelegans, invenustus, illiberalis.

CAP. 7. ποιόν, ἔσεσθ, λέξην, facturum, futurum, dicturum.

Θεωρία. Vocabulatio,

Θηγμελεῖα ἢ λέξεων. Vocabulorum delectui dilecti.

CAP. 8.

INTERPRETATIO.

CAP. 8. οὐ πάντες, &c. Non viri cujusque est Corin-

thum petere.

μυεῖσθαι, &c. Decem drachmarum millia, vel talen-

tum.

οὐκ ἀνθρώποι, &c. Non emo millibus x drachmarum

pœnitentiam.

CAP. 9. ἐφυστογνωμόν. Per naturæ indicia pensicu-

labat.

ἀκτεῖναι. Auditores.

ἐχεμυθία. Taciturnitas.

μαθηματικοί. Disciplinis vacantes.

μαθήματα. Disciplinas.

Φυσικοί. Naturales.

αἴθερειοι, ἄμυσοι, ἀγεωμέτρητοι. A contemplatio-

ne, à musis, à geometria penitus alieni.

ηγινοέον. Contubernium.

Cæterum hæc vox non est auctoris, qui scriperat: quod re atque verbo Romano appellabatur, heretico non cito: ut ex regio codice docuit Salmasius. Et sic jusseram edi, sed non impetravi ab operis.

CAP. II. καὶ μὲν τοῦτα, &c. Post hæc congressum est: Argivi quidem sociique acriter ac cum impetu pro- cedentes; Lacedæmonii contra multis tibiis præcinenti- bus ad numerum, non religione aliqua, verum ut æquabili numero quoque sensim ingressu convenientes, pugnam capeſſerent, nec suos ordines distrahi finerent: quod semper amplissimas copias agere, ubi congregendum est, decet.

οἱ δὲ ἀρ' ιον, &c. Ast ibant taciti spirantes robur Achivi.

Inque vicem auxilium cupida sibi mente ferebant.

Ἄρτιον εἰπεδεῖν, &c. Quamobrem ubi commissuri prælium sint, ad tibiæ modulos congregiantur? ut ti- midos minus decorè agentes dignoscant.

CAP. I3. κατῆκοντα. Officia.

GRAEC. DICTIONUM

CAP. 15. ἀλλ' οὐδὲ δῆ, &c.

Ast ubi jam magnam fudit de pectore vocem.

Dentis claustra tui vox qualis, nata, reliquit,

ἀμελεροεπὴν ἀκελτόμυθον. Loquentem sine judicio & modo.

ἄνσυνα. Incompta.

ἀμελεροεπῆς ἐνθλώπιος. Supra modum multiloquus confundebat.

λαλέντης ἀριστος, αδικιάλωτας λέγειν. Blaterare optimus, dicere ineptissimus.

γλώσσης τοι θησαυρός, &c. Optimus est homini lingua thesaurus, & ingens

Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis,
καὶ λέγειν, &c. Non idoneus ad dicendum, sed ad tandem impos.

ἀχαλίνων σφράγεων, &c. Effrænioris & exlegis dementiae extremum infelicitas occupat.

ἀνθερῶν ἀγριωπὸν, &c. Hominem agresti ferociate temerario, effrænato, prodigo, petulanti: loquacem, futilem, & fusum per verborum congeriem ac fastum.

CAP. 20. ἀπλατές. Longitudo sine latitudine.

CAP. 22. βιωφελῆ. Vitæ utilia.

αἰκυρώτερος. Minus proprio.

CAP. 25. ἐκεχθεῖαν. A manibus temperationem, inducias.

πύγες. Formæ.

ἐπιγραφάς. Descriptiones.

ὁρισμέτρες. Definitiones.

CAP. 26. τελεῖ ἀσεγνήσιας. De non irascendo, vel de inirascibilitate.

ασεγνοῖαν εἶ, &c. Inirascientiam, & indolentiam.

αναλγητον εἶ, &c. Hebetem ac stupentem.

INTERPRETATIO

Quæ in libro secundo.

CAP. 1. πολλάκις. Sæpenumero.

ἴξηλίς, &c. De sole ad solem erectior stipitibus arborum steterat.

CAP. 3. ἵχθιψ ἱπόν. Piscem pauperem.

CAP. 6. πολλάκι, &c. Sæpe & olitor vir valde opportunum dixit.

ηὐδα μάρτις αἰμάτων. Fatus est inculpabilis aruspex.
τῷ δὲ σὸν ἄγνοε πετεῖσθαι. Illi haud inviti volarunt.
ἴνθ' σὸν ἀν., &c. Tunc neque cernere erat torpem
tem Agamemnona divum;

Nec pavidum, nec nolentem decernere ferro.

ὅρθος, &c. Terminus magnitudinis voluptatum,
omnis doloris detractio.

κτ'. Secundum.

σέρηψιν. Privationem.

CAP. 7. αἰδιάφοροι. Indifferentia.

μέση. Media.

ὑγίεις, &c. Sanum, legitimum, disjunctum.

CAP. 8. ὁ θάνατος, &c. Mors nihil ad nos, nam
dissolutum non sentit: quod autem non sentit, nihil ad
nos.

ὁ θάνατος, &c. Mors animæ & corporis dissolutio.

ὁ θάνατος φυχῆς, &c. Mors animæ corporisque est
dissolutio: dissolutum autem non sentit, quod verò non
sentit, nihil ad nos.

CAP. 9. ὅρθος, &c. Definitio magnitudinis vo-
luptatum, omnis doloris sublatio.

παντὶς δὲ λύγευτος. Omnis dolentis.

παντὶς δὲ λύγης. Omnis rei auxiæ & tristis.

λέξεις τηρη. Voces aucupatur.

CAP. 17. συστημάτων. Coagmentatione.

CAP. 18. δελτοί, &c.

GRAEC. DICTIONUM

Servus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
Pauperie pressus, charus eram superis.

CAP. 20. ἀλεχθεῖται. Hortos.

μελισῶνες. Aparia, mellariaque.

ἄμπελῶνες. Vineas.

δαφνῶνες. Laureta.

CAP. 22. ισσυνύκτη. AEquinoctialis.

Ισημέρου. AEquidialis.

Θερναὶ τεσπή, η χειμερναὶ, AEstiva solstitia, &
hiberna.

ἐπυμολογησι. Rationem originis verbi interpretan-
do indagantes.

Ἀπὸ τὸ ἡσ ρέων. Ab oriente sole fluens.

αἰθρῆστρον. Serenitatem facientem.

Ἀπὸ τὸ βοῖς. A boatu.

οὐαὶ δὲ θρόνοι, &c. Quumque Euro incubuit Zephy-
rusque, Notusque furentes,

Sudificusque simul Boreas mala plurima volvens.

κακὰ ἐφ', &c. Mala ad se attrahens, ut Cæcias nu-
bes.

ἀγρέσοις ὅπιδειπται. Auscultatio sese ostentans.

CAP. 23. ἐπ' ἀμφοτέρων, &c. In aurem utramque,
quandoquidem dotata est, cubet.

Re confecta magnifica, & negotio inclyto,

Domo illam exturbet, cui malevoluit maximè:

Ut omnes in Creobulæ faciem oculos converterent.

Tum me cunctis nötum ut faceret uxor hera,

Meoque demoraretur in vultu, asinus inter simias
fierem.

Quod autem hoc dictum? tacere volo.

Noctem mali auctorem plurimi.

Me miserum, qui Creobulam duxi, & talenta de-
cem,

Nanam mulierculam, cubitalem, cuius superbia

Adeò intolerabilis est, Iovem Olympium,

Et

INTERPRETATIO;

Et Minervam testor, non ancillulam potius officiam, dicto citius

Præstò hanc quispiam abigat quæso, at illam refegat.

ἔχω δὲ ὅπικλερον, &c.

Lamiam hæreditariam duxi, quod non dixeram tibi.

Tum verò domus, atque agrorum heram,

Universorumque illius loco, hei quām miserum & grave !

Difficillimum imò. At omnibus molesta est, non soli mihi,

Filio multò magis, filiæque, provinciam

Inexpugnabilem dicis, certò scio.

ὦ τε τὸς κανεθαίμαν, &c.

Quām extremè infelix quisquis in egestate uxorem ducit,

Et quærit liberos ! hei quantum est insciens sui !

Quique neque necessarium studium rerum gerit,

Nisi quantum aliquid jugiter in vita deterat :

Neque (licet res cogat) tectum præbere quit sibi

Sed inops domo in ærumna vitam trahit,

Hyemem tolerans malè, miseriæ omnis socius

Bonorumque universorum insors ac carens.

Unum equidem quum opprobrans, cunctos monitos volo.

CAP. 25. ἀναλογία. Proportionem.

ἀνωμαλία. Inæqualitatem.

ἀνωμαλία. Inæqualitas.

CAP. 26. ξαρθρός ḥ, &c. Flavus autem, & ruber & fulvus, & puniceus.

ἥδη νίκη, Et virtute tua facta est victoria nutans.

CAP. 27. ἐώρων ḥ, &c. Videbam etiam ipsum Philippum, quocum certamus pro imperio principatuque, oculo effossum, humero fractum, manu crureque blæsum, omne denique corporis membrum, quod fortuna

au-

GRAEC. DICTIONUM

auferre voluisset, id ultrò offerentem, ut de cætero vi-

tam cum honore & gloria ageret.

μᾶν ἐν ἀν., &c. Omne denique corporis membrum

quod fortuna auferre voluisset, id ultrò offerentem.

CAP. 28. ένοσίζανος ή στάχτη. Concussorem

terræ & motorem terræ.

CAP. 30. ἐνθα νότος, &c. Auster ubi insanas urget

sub faxa procellas,

καὶ βοῶν, &c. Sudificusque altos aquilo rotat impe-

te fluctus.

λαῖειν ὠθεῖ. Lapidem propellit.

λαῖειν ἀνω ὠθεῖ. Lapidem sursum propellit.

Que in Libro tertio.

CAP. 10. πλειάδας. Pleiadas.

πόλεις. Polos.

περικύτη. Pertusa.

πινδαῖ, &c. Per quatuor consonantiam:

κερπικούς ή κερσίμας. Decretorios.

CAP. 11. ἐπτὰ πόλεις, &c. Septem urbes certant de

hirpe insignis Homeri,

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Jos, Argos,

Athenæ.

CAP. 13. πώ πεῖ, &c. De Oropo causam dicentem.

CAP. 16. πεῖ τροφῆς. De alimento.

πιστός, &c. Quantum sit hominis gestandi in utero

tempus.

γυνὴ κύνη δεκαπέντε. Mulier decimestris parit.

Ἐστὶ γέ, &c. Est autem, & non est octimestris para-

tus.

Ἐστὶ μὲν φαινόμενα, &c. Apparent quidem veluti ani-

malia post abortum, sed nequaquam sunt, quippe quæ

statim vita excedant. Itaque esse quidem tantisper finge-

mus, sed revera non sunt.

πόντονα. Ulyssea. ὄνοι λύγες. Asini ad lyram.

INTERPRETATIO.

καὶ Ἀριστοτέλην. Secundum Aristotelem.
χαῖρε τῷ φιλότητι, &c.

Nunc gaude dilecta, ast quum se evolverit annus;

Illustres (neque enim sunt vana cubilia divum)

Natos nixa dabis.

θέται οὐδεμίς εἰναυτῆς. Volvente anno.

γίνεται ἥ, &c. In hisce vero & plura fiunt, & ex toto,
& per partes. Dicimus etiam plura pluribus, &
pauciora paucioribus.

CAP. 17. Κίλος. Sillus.

καὶ σὺ Πλάτων, &c.

Tuque Plato, nam discipulum te dira cupido

Abstulit, exiguum redimis grandi ære libellum,

Scribere per quem orsus prædoctus abinde fuisti.

CAP. 18. ιππωκύων. Equicatella.

Quæ in Libro quarto.

CAP. 2. θεῖον ωδὴ. De edentulo.

CAP. 3. παιλαξ. Concubina.

CAP. 5. ἡ ἡ κακή, &c. Consultum malè consulteri
peccata res est.

CAP. 11. κρῆκανάμων, &c.

Admississe fabas (nihil est insuavius illis)

Os sapidum Samio cum Lucumone veto.

πυθαγόρεις ἥ, &c. Pythagoras in leguminibus, fa-
bam præcipue approbat: motum enim maximè exci-
tat, & alvum ciet, quamobrem ea maximè utitur.

δειλοι, &c. Ah miseri, à cyamo, miseri, subducite
dextræ.

εἰς τὸ κυνῆ, &c. Ad uterum implendum validi cau-
ſaque uteri ferendi,

ἀριστοτέλης ἥ, &c. Aristoteles à vulva, corde, &
marina urtica, atque id genus quibusdam aliis abstinere
Pythagoricos dixit, cæterorum autem usum habuisse.

CAP.

GRAEC. DICTIONUM

CAP. 13. τῷ λοιμῶν, ἢ λοιμικῶν πακῶν. De pesti-
bus, aut pestilentibus malis.

CAP. 15. δυσχερές, χαλεπόν. Difficile & arduum.

Quæ in Libro quinto.

CAP. 3. ή ηθώ, &c. Causam inferiorem, supe-
riorem efficere.

CAP. 9. ὡς αὐθεωπε, &c. Heus homo ne occide Cræ-
sum.

CAP. 10. αὐλιστρέφογχον. Reciproca.

CAP. 11. ήτοι καλὺς ἔξει, &c. Aut pulchram du-
ces, aut deformem. Si pulchram, habebis communem:
sin turpem, habebis furiam: neutrum autem bonum:
non est igitur ducenda uxor.

εἰ μὴ καλὺς ἔξει, &c. Si formosam ducam, non ha-
bebo furiam: sin deformem, non habebo communem:
ducenda igitur uxor.

αὐλιστρέφον. Reciprocum.

πωέταζε. Propositio.

ήτοι καλὺς ἔξεις, ή, &c. Aut pulchram duces, aut
turpem.

ηγινή. Communis.

ποινή. Furia.

CAP. 12. σερῆτικὸν μόρον. Privantem particulam.

CAP. 15. ἀσώματον. Incorporeum.

τὸ δράματον, &c. Aut efficiens aut patiens corpus est.

τὸ τριγῆνον οἰκεῖον. Triplici dimensione distans.

ἢ χ' ἀτολῶς, &c. Non simpliciter plaga aëris vox est,
nam digitus qui circa quippam dicitur aërem quoque
percutit: non ita tamen vocem facit, sed quanta per-
cussio, & vehemens; & tanta, ut audibilis fiat,

ῥεῦμα λόγων. Flumen verborum.

CAP. 18. ἐφημερές. Diarium.

CAP. 20. βαρβαρόν. Barbarum,

σύλλογον. Solœcum.

Quæ

INTERPRETATIO.

Quæ in Libro sexto.

CAP. 1. ὡςὶ ταγνοῖς. De providentia.
εἰ τὸν οὐρανόν. &c. An hominum morbi secundum na-
turam proveniant.

ἢ τὸν κακολέθησιν. Per sequelam.

CAP. 2. εἰμαρτυρίων. Fatum.

Φυσικῶν σωτηρίαν, &c. Naturalem quendam ordi-
nem omnium rerum, ex æterno aliis ad alia consequen-
tibus, & incommutabili manente ejusmodi compli-
catione.

διὸ τοῦτο, &c.

Quamobrem à Pythagoreis sic dicitur;
Nosces homines spontaneas haurire calamitates.

Quasi detrimenta singulis à seipsis fiant, & suo im-
petu delinquent, & in incommoda ruant sua & ex sua
electione & intentione.

ἢ πόποι, &c.

Hei mihi, quid damnant mortales numina cœli?
Esse ajunt etenim per nos mala, quum tamen ipsis
Vecordi præter fatum sint mente dolores.

CAP. 5. οἱ παιδεῖς οἱ γέροντες. Bis pueri senes.

CAP. 6. τύποι οιωνοῖς, &c.

Me tu præpetibus parere volucribus ipsum

Mandas, quas equidem temnoque, animoque recuso.

CAP. 8. πολυτίσωρ. Multiscius.

CAP. 13. τὴν ἐξαίφνιην φύσιν. Repentinam natu-
ram.

τὸν δὲ ἐξαίφνιην τοιστὸν, &c. Repentè enim tale vide-
tur quippiam significare, quod in alterum transeat,

τξαγηματ. Bellaria.

CAP. 14. νυθέστω. Commonitio.

κέλαζις. Animadversio scilicet & punitio.

παραίνεσις. Monitio.

παμωρία. Pœnam.

GRÆC. DICTIONUM

τελεσθεῖσα. Exemplum.

περιονδὴ, &c. Id est autem conueniens, ut qui ple-
titur ab alio recte puniente, melior fiat, & utilitatem
capiat; aut exemplo cæteris sit, quo videntes alii male
affectum, præ metu reddantur meliores.

CAP. 16. τελεσθεῖσα. Deprecor, excuso.

Quæ in Libro septimo.

CAP. 2. ῥαθυμότερον ῥαφῆ. Desidiosius junctura.

CAP. 3. αὐαγῶνως. Duriter.

εἰ γάρ οὐ, &c. Nam si te occisurus erat (ut tu sis) maritus, te quoque occisurum esse oportuit, ut quando tempus interponeretur.

CAP. 6. αἰσθήσ. Sensus. ὄψις. Visum.

αἴγλως. Auditum, γεῦσιν. Gustum.

αἴφλω. Tactum. ὄσφρησιν. Odoratum.

αἴμηνίας. De memoria.

τὸν δὲ αἴφλω, &c. Tactum vero & gustum omnia habent præter animantium imperfecta.

CAP. 8. καὶ αὐτὸς, &c. Et quidem nos vidimus apud Puteolos Delphinum amantem mirè puerum, inclamatum à puerō acciri. Quinetiam adnatans dorso puerum admittebat, ita ut pinnæ aculeos, velut vagina conderet, ne deditum sibi corpus laceraret, receptumque equitis modo insidentem per magnum æquor per ducentā stadia deferret. Roma igitur, omnisque Italia confluebat, ut pisces amoris causa vectorem pueri spectaret.

CAP. 11. ἀσωλος. Prodigum.

ἡ ἀκέλασσον. Vel libidinosum.

ἡ ἀχεῖον. Vel inutilem.

ἡ ἀχειρον. Vel inutilem.

ἡ κακέτεοπον. Vel improbum.

ἡ μιαρόν. Vel sceleratum.

CAP. 12. χειρολοοῖς. Manicatis.

χειρολοοίς. Manicatas.

CAP.

INTERPRETATIO.

CAP. 14. χαρακτήρες. Formas.

ἀδρόν, ἴγνον, μέσον. Sublime, tenuis, medium.

CAP. 16. οὐλίς ἑδεσμάτων. De edulis.

ἐπει πίθει, &c. Nam quid mortalibus est necessarium, præter duo illa modo, Cereris munus, & aquæ poculum? quæ adsunt, ac nos queunt alere, quorum satias numquam est: luxus autem sunt cæterarum epularum indagini.

CAP. 20. η δι' ἐπέρην θέρι, &c.

Grandinis ast similis, ruit, aestate altera, vel jam

Prægeliidis nivibus, glacieive humore coactæ.

λάσιαν ἀριστα, &c. Saxum sursum impellebat ad tumulum,

Quæ in libro octavo.

CAP. 7. περὶ τῆς μνήμης. De memoria ac mente.

Quæ in libro nono.

CAP. 1. ἐμποδῶν ἔχειν. Incurrere aliquid.

ἐμποδῶν ποιεῖσθαι. Avertere atque depellere.

CAP. 2. εἰς ἄρτους. In panes.

ἄξιος εἶναι ἐστὶν δέρυπα. Dignus igitur est argento.

CAP. 4. οὐνίης Θεος. Qui non audierit.

ανθρωποφάγος. Carne humana vescentes.

CAP. 5. σαρκες, &c. Corporis constantem habi-
tum.

μαρεῖσθαι, &c. Insaniam potius, quam oblecter.

ηδονῆς, &c. Voluptatis finis meretricis decretum est.
tolle Venerem, nullum meretricis erit decretum.

CAP. 8. οὐδὲ μυρελαν, &c. Enim vero qui decem
millibus, & quinque millibus vestimentorum egeat, is
quo minus pluribus indigeat, fieri non potest. Quum
enim plus quam habeam, egeo, detrahens ex iis quæ
habeo, acquiesco.

GRAEC. DICTIONUM

CAP. 9. Θάλα, &c.

Me petit pomis caprarium Clearistæ filia;

Capras propellentem, suave quid canit, insur-

rat.

τίτηρ ἐμίν τὸ καλὸν πεφιλαμδύε, &c.

Palce adamate mihi pulchre heus Tityre capras.

Et potum ad fonteis age Tityre, sed coleatum

Hunc Afrum, rufumque cave, ne cornua vibret:

οὐδὲ δ' ἀρπεμις εἶσι καὶ σπεργε, &c.

Montibus it qualis studiosa Diana pharetræ,

Aut per Taygeti spatioſa juga, aut Erymanthi;

Et nunc gesit apro, nunc cervo diva volucri.

Stant circum nymphæ agrestes Jove cœlētē natæ,

Inque agris ludunt, Latonæ pectora gaudent,

Fronte Dea ante omneis cervice prominet alta,

Et pulchras omnes inter clarissima fulget.

Talibus in famulis virgo intemerata decebat.

γένυθε δὲ, &c. Latonæ pectora gaudent.

ῥέα δὲ ἀειγνώτη πέλε), &c.

Pulchras omnes inter clarissima fulget.

CAP. 10. παρθενικὸς γώλεν, &c.

Virgineum solvit cestum, legemque cubilis.

ῥέα ἔργα φιλοίσσα, Et munus amoris.

τὸν μὲν δέ τὸν τείτωτι, &c.

Inque toris illi sculptis cepere soporem.

CAP. 15. ἄπορον. Dubium.

Quæ in libro decimo:

CAP. 1. τεττον, &c. Tertium, & quartum.

CAP. 4. φύσις, &c. Naturane nomina sint an po-

situ.

CAP. 7. τὸ εἴσω θάλασσαν. Internum mare.

CAP. 10. ἀναλογίαι. Dissectiones.

CAP. 11. απόδειξις βεγδέως. Festina tarde.

CAP.

INTERPRETATIO.

CAP. 12. οὐχίτες, &c. Archytas Tarentinus philosophus pariter & mechanicus vir, columbam ligneam fecit volantem, quæ si umquam subsedisset, præterea non exsurgebat. Hactenus enim.

CAP. 16. οὐ ταπεινόν. Per anticipationem.

CAP. 19. σὺ τοῦ, &c. Verum ne dicas, sic esse actum sæpenumero, sed hoc fieri sic decere. Non enim si quid aliquando contra leges actum jam est, tuque id sequutus es, propterea jure queas evadere, quinimo eo magis idcirco in te debeat statui. Ut enim si prius in aliquem foret animadversum, tu minime hæc scriberes, ita si ipse in præsentia punieris, nequaquam deinceps alius scribebit.

CAP. 22. φιλοσοφία γάπλαι, &c. Nam philosophia quidem, ô Socrates, gratiosa res est & venusta: si quis illam moderate in adolescentia attingat. Sin autem supra modum tempus in ea contriverit, hominum est corruptela. Quamlibet enim quis bono à natura sit ingenio præditus, tamen si diutius per ætatem jam provectam philosophetur, necessario omnium rerum imperitus evadet: quarum omnino clarum, bonum, excellenter virum habere peritiam oportet. nam & legum civilium, & verborum quibus in consuetudine cœtuque hominum tam publice quam privatim uti decet, voluptatum præterea cupiditatumque humanarum, &c, ut breviter comprehendam, morum prorsus sunt ignari. Quocirca quoties ad aliquam rem gerendam vel publicam vel privatam sese conferant, habentur ridiculi, quemadmodum & civiles viri, si in vestras exercitationes disputationesque descendant. Evenit enim illud Euripidis, qua in re claris quisque est, ad eam properat: & diei partem illi plurimam impartiit, ut ipse se superret. Ubi vero inferior sit, inde fugit, illudque vituperat: aliud vero laudat, quadam sui ipsius benevolentia existimans seipsum ita laudare. Verum præstare arbit-

GRAEC. DICTIONUM

trōr amborum participem fieri , philosophiæ quidem
quatenus disciplinæ gratia deceat . nec turpe quidem est
adolescenti philosophari , sed quum grandior natu phi-
losophiæ adhuc incumbit , res est , Socrates , valde ridi-
cula . Evidem similiter affectus sum erga illos qui phi-
losophiæ dant operam , atque illos qui balbutiunt ac lu-
dunt . Quoties enim aspicio puerum , cui decorum ad-
huc est loqui ita balbutientem ludentemque , delector :
festivumque & liberale mihi videtur , puerilemque dece-
re ætatem . Quoties vero puerum audio verba expedi-
tius exprimeptem , molestum quiddam mihi oboritur ,
auresque offendit meas : atque servile quippam præ se
ferre videtur . Cæterum quum virum quis vel audit bal-
butientem , vel videt ludentem , ridiculum id quidem , à
viroque alienum , ac dignum plagis appetit . Idem
igitur erga philosophantes mihi evenit : In adole-
scente enim philosophiam dum cerno , valde dele-
ctor , decensque judico , atque ingenuum esse homi-
nem hunc existimo : cum verò qui non philosophetur ,
illiberalem , nec umquam præclarum aliquid ac gene-
rosum de seipso præstiturum . Sed quando grandiorem
natu philosophantem animadverto , neque dum studia
eiusmodi deserentem : verberibus jam hunc virum , So-
crates , indigere censeo . Quippe quod , quemadmodum
modò dicebam , huic accidat homini ut etiam si ingenuæ
indolis sit , tamen servilis evadat . fugit enim medium civi-
tatem , forensesque consuetudines , in quibus poëta inquit
viros fieri præstantissimos , absconditque sese cum tribus
vel quatuor pueris , & in angulis susurrando vitam dicit ,
nihil umquam liberale aut magnificum prolatus . Ita-
que idem mihi erga te quod & Zetho erga Amphionem
apud Euripidem , cuius modò mentionem feci , accidit .
talia enim nunc mihi quædam adversus te dicere venit in
mentem , qualia adversus fratrem ille dicit . Profectò ea
Socrates negligis , quæ curæ esse tibi conveniebat , atque
ad eo

INTERPRETATIO.

adè generofæ mentis præstantiam specie quadam pueril conformatas, utpote qui néc in judiciis consultationibusque, si usus poscat, verba rectè facere, neque conveniens quicquam probabileque eligere, nec aliis promptè consulere possis. Quare, amice Socrates, ne mihi succenseas. Benevolentia enim erga te mea ad hæc proferenda nunc me adducit. Nonne turpe ducis sic comparatum te esse, quemadmodum arbitror, & te & alios omnes qui philosophiam diutius persequuntur? Nempe si te nunc quis, aut alium è cœtu vestro quempiam comprehendat; inque carcerem trahat, atque te injuriam, quamvis nullam inferas, inferre tamen accuset: certè quid ageres, non haberes, sed vacillares oscitaresque, defensionis tuae prorsus ignarus. proinde adductus injudicium, vel ab ignavo abjectoque accusatore ultimo supplicio, si modo illi placeret, afficereris. Jam verò quomodo id ad sapientiam spectat, ô Socrates: si qua ars ingenuæ mentis naœta virum, reddit deteriorem; adè ut nec ipse sibi opem ferre valeat: nec ex gravissimis periculis se, aut alium quemquam servare, sed inimicorum rapitorumque exponat injuriis inglorium in civitate degentem? jam verò ejusmodi virum, & si dicto sit agrestius, licet super genam impunè pulsare. Quamobrem, bone vir, me audi, ac jam in vanis versari argutias desine: decora rerum gerendarum exerce officia, atque ea ex quibus sapere videaris: ista verò arguta, sive deliramenta appellari oportet, sive nugas, unde vacuæ habitandæ tibi domus sunt, alis relinque. denique imitare non eos qui hæc exigua captant; sed eos quibus viætus & gloria, & alia bona adsunt complurima.

CAP. 24. ἐσ η τρόπῳ, &c.

In quartam & in quintam.

GRAEC. DICTIONUM

Quæ in libro undecimo.

CAP. I. ἵπποι. Vituli.

καὶ ἀνθρώποις. Per contrariam dictionem.

CAP. 4. τὸ δὲ αἴσιωμα, &c.

Auctoritas verò , et si malè dicas , tua

Persuadebit : nam ab inhonoratis proficisciens oratio,
Et ab honoratis , eadem haudquaquam tantumdem
valet.

ἄνθετοξεῖλον. Pro inhonoratis.

ἄνθετόντον. Pro honoratis.

αἴσιοις. Inhonorati sunt.

ένθετοι. Honorati sunt.

CAP. 5. σκεπληγι. Commentantes.

ἢ μᾶλλον , &c. Haud magis sic se hoc quàm illo ha-
bet modo , aut quàm neutro.

πυρρωτείων τεόπων. Pyrrhoniorum modorum.

σκεπληγι , εφεκληγι , ἀστορηγι. Commentantes, ha-
bitantes , ambigentes.

τῶν τεχνῶν. Eorum quæ ad aliquid.

CAP. 15. αἰδηγωγας. Deductiones & derivatio-
nes.

δειπεόλως. Ingeniose & apte.

CAP. 16, ἀεὶ πολυτελεγμοσύνης. De curiositate.

πολυφιλίαν. Multorum amicitiam.

πολυτροπίαν. Multiplices ac varios mores.

πολυουρκίαν. Corpulentiam.

πολυτελεγμοσύνων. Curiositatem.

Quæ in libro duodecimo.

CAP. I. οὐδὲ εὐσῆ πατήρ , &c.

Non eques ipse pater fuerat tibi mehercule Peleus.

Non Thetis est genitrix , glaucum te protulit æquor ,

Aëris & rupes , ita mens tibi dura feroxque est.

CAP.

INTERPRETATIO.

CAP. 5. ἀμαθέσερον πῶς εἴπε, οὐ οὐφέσερον λέγε. In-
doctius rudiusque quodammodo loquere, & apertius ac
clarius fare.

τὰ πρῶτα Φύσιν. Quæ prima sunt secundum natu-
ram.

ἀναλγοσία Indolentia.

ἀπαθέα. Animus nihil patiens.

CAP. 9. πάχον ἔναι τὸ αἰκίνην ή αἰκίνειδην.

Pejus esse injuriam facere, quam pati.

CAP. 11. πεῖς πᾶντα κρύψε, &c.

Nihil occulta, quando cuncta tuens,
Et cuncta audiens, omnia revelabit dies.

Quæ in libro tertio decimo.

CAP. 1. αὐθ' ἐνὸς, &c. Pro uno subjecto.

μὴ ηὐτῷ μοῖραν, &c. Néve obstante domum fato
penetrabis averni.

τεῖς σφάνδυ. De corona.

οἱ μὴ τοῖς γονεῦσι, &c. Nam qui parentibus tantum
se natum putat, fatalem atque spontis suæ mortem ex-
spectat. Qui verò etiam patriæ ob id, ne in servitutem
redactam illam videat, occumbere præoptabit.

τὸ πεπρωμένον η τὸ αὐτούμαλον θάνατον.

Fatalem & spontis suæ mortem.

αὐτούμαλον θάνατον. Spontanea mors.

CAP. 5. ηδίων οἱ Λέσβιοι. Suavius Lesbium.

CAP. 6. περσώδια. Accentus.

CAP. 7. η ἡ δὴ λέσχιναι, &c. Quum autem anima-
lium acerrimum sit leæna & audacissimum, semel omni-
no in vita & unum parit. Enitendo enim, cum foetu
pariter matricem projicit.

Σπικονον. Promiscuum.

εἰσῆντος τοις. &c.

GRAEC. DICTIONUM.

Utque leo in silva stabat , sua pignora circum ;
Cui manus occurset catulos nemus inter agenti
Venatrix accincta virum.

πνυχα μάλα , &c.

Crebra gemens nimium , tamquam leo viribus ingens
Faucibus , absenti venator si catulum audax
Abripuit , denso in saltu.

λέων d' ὁ π μῆν , &c. Leonem aversum coire , urinamque retro reddere , dictum jam est. Coit , & parit , non omni tempore : singulis tamen annis vere parit , & magna ex parte geminos. Sed quum plurimos , sex catulos , nonnumquam etiam unum. Quod de leæna fertur , vulvam cum partu emittere , delira fabula est , facta ex ea causa , quod rarum genus hoc animalis est : nec rationem , cur ita esset , comperire auctor ille fabula poterat. Rarum hoc enim est , nec multis nascitur locis , sed Europæ totius ea parte solùm , quæ inter Acheloum amnem & Nessum est. Parit leæna quoque adeo parvos ut vix post secundum mensem incipient ingredi. Leones terræ Syriæ quinque , post verò subinde pauciores , deinde steriles degunt. Caret leæna juba , maris hæc propria est. Dentes eos tantummodo mutat leo , qui canini vocantur , quatuor : duos superius , totidem inferius , idque sexto mense ætatis fit.

CAP. 9. παγδέντις. Promiscua & omnimoda continentes.

οὐκ ξποτὲ νῦν. Non à suis.

ψύν. Pluere.

CAP. 10. ἐπύμω. Veriloquio.

CAP. 11. βιωφελῆ. Vitæ utilitatibus conducentia.

πέμπασιν. Placentis.

πένθ Concoctione.

περιηματα. Panes secundæ mensæ.

CAP. 17. παροιμιώδης. Proverbio tritus.

πλακαζέν πέλε, &c.

Mul-

INTERPRETATIO.

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

CAP. 18. σοφοὶ πέρισσοι τῷ σοφῶν ξινεσίᾳ.

Sapientes tyranni sunt congressu sapientum.

αἴας ὁ λοκρός. Ajax Locrensis.

γέρων γέροντος παιδαγωγήσω σ' ἔγω.

Senex senem ego te ipsum erudiero.

Φιλοκτῆτης. Philocteta.

ἐν τῷ πυρφόρῳ ωρομήθῃ. In ignigero Prometheus.

σιγῶν θέπτε δεῖ &c. Tacentem ubi opus est, & opportuna loquentem

σιγῆν θέπτε, &c. Silere ubi opus est, & tuto loqui.

CAP. 20. Δύφωντα. Vocalitas.

ἀέρε βαθεῖαν. Caliginem, & nebulam profundam.

ηγλοίσεις τε φῆγές τε. Graculosque, sturnosque.

Φηρῶν τε. Sturnorum.

τῇ δὲ τε φάρων, &c. Horum, ut de sturnis ita nubes, gracilisve.

CAP. 22. κρηπίδας. Crepidulas.

νηρίδας. Nereidas.

ουμαχία. Umbratilis pugna.

κελομαχία. Arietum pugna.

CAP. 24. δῖς ταυτὸν, &c.

Bis idem nobis dixit sapiens Aeschylus.

Venio enim ad terram, inquit, & accedo postliminiō :

Ast venio idem est, quod accedo postliminiō.

Ita per Jovem, atque si quis vicino dixerit,

Accommoda tu mactram, vel si liber, arcā panariam.

μάκλεις τῷ καρδοπτῷ. Mastra & arca panaria.

διπομημωνέψιν. Commemorare.

ἔπιορει δὲ τοι βελίων, &c.

Hectora de jaculis, de pulvere Juppiter, & de

Cædevirum abduxit, de sanguine, deque tumultu.

ιορνίαι τε, μάχαι τε, φόνοι τε, &c.

Prælia, conflictus, cædes, hominumque necatus.

μηκέπι παιδεῖς, &c.

GRAEC. DICTIONUM

Neu dulces pueri pugnate , aut cernite ferro.
μηντῆρες δὲ ἀρχε , &c.

Telemachoque Proci lethum fatumque parabant.
Τελεμάχον καὶ μόρον . Lethum & fatum.

Βάσκη οὐδὲ ὄντειρε . καὶ βάσκη θέτε ταχεῖα . Vade i
somnia perniciosum : & alibi , Vade , & perge Iri ci-
tata ,

ἐπιπαρεχθήτω . Ex geminatione.

CAP. 25. πεφυσθίαν . Voculationem.

CAP. 26. γλαικῶν , &c.

Glauco , Nereique , atque maris genio Melicertæ.
νεωλεγμόντερον . Audacior & juvenilior.

ταῦρον δὲ Αἴλοφεια , ταῦρον , &c.

Taurum autem Alpheo , Neptuno tum quoque tau-
rum.

CAP. 28. ἐμφαπιώπερον . Expressius.

πεπλὴ τῇ φακῇ μύρον . In lente unguentum.

CAP. 29. πεφωπὸν Personam.

Quæ in libro quarto decimo.

CAP. 1. παχυμερέσερον . Crassius , & pinguiori Mi-
nerva.

λογικὰ ζῶα . Rationalia animalia.

νεύρωστασα . Nervis moventia.

CAP. 3. παιδεῖας δὲ σὸν , &c. Institutionem autem
minimè rectè attigisse.

CAP. 4. πεῖ παλᾶ , καὶ ἴδοντος . De honesto , & volu-
tate.

Παρθένον δὲ εἶναι , &c. Dicitur virgo esse , indicio eam
esse incorruptam , improbis numquam concedere , non
orationem suavem , non precationem , non adulatio-
nem , non denique quicquam aliud pati. Quas ob res
merito tristis etiam ac contracta fronte pingitur , vultu
gravi , aspectu contento & torvo , ut injustis terorem in-
cutiat

INTERPRETATIO.

cutiat, justis fiduciam præbeat: quando hujuscemodi facies justis grata, injustis molesta est.

CAP. 6. οὐρῆνες. Sirenes.

δύρυκλα. Euryclia.

ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ. In interiore mari.

Ἄλις αἱστροχόν. Juxta Aristarchum.

ἐν τῇ ἔξω καὶ Κεράτῳ. In exteriore juxta Cratetem.

ἴσσοψηφοι. Pares.

παρεγγειλίς. Continua series.

ἡμαδία. Emathia.

αιμονία. Hæmonia.

ποσειδῶνειον Posidonium.

ὄναρο σου. Bene sit tibi.

ταῦτα τὸ πολυμαθίας. Hujus multivagæ disciplinæ gratia.

ὅπερ τοι ἐν μεγάροισι, &c.

AEdibus in nostris quæ recta aut prava geruntur.

Quæ in libro quinto decimo;

CAP. 3. αἱ ἔρυνοιν μὴν τῷ πᾶτι, &c.

Prima supinarunt, necuere, & exuta dedere

Pellibus.

CAP. 7. αἱ δεξιαθέντων, &c. Fortiter ac viriliter agentibus vobis, atque succedentibus, suscipientibusque stationem meam.

CAP. 10. τὰς ψυχῆς. De anima.

CAP. 14. εἰσιτεργίαν με δέγνειον. Exegit à me argentum.

CAP. 19. πεῖται ἐδεσμάτων. De eduliis.

CAP. 20. ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφορειαῖσσαις.

In prioribus thesmophoriazulis.

νῦν δὲν αἴπασιν παρανῶ, &c.

Omnes igitur nunc admoneo, & dico

Virum huncine ulcisci multis de causis,

Agred.

GRAEC. DICTIONUM

Agrestia etenim quædam, matronæ, agit, ut qui
In agrestibus enutritus oleribus sit.

οὗτος Ἀναξαγόρας τεόφιμος δέχαις, &c.

At Anaxagora alumnus veteris ille,

Durus quidem ad salutandum videtur,

Et ridendi osor, & jocari ne ad vinum quidem

Consuetus. verum quicquid scripserit, id

A melle & Sirenibus profluit.

Ἵππη σὺν μυῆμα δέ επίδης ὄλεων πάση.

Nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt.

CAP. 25. αἰναρεῖται. Renovatur.

CAP. 26. λόγος ἐν ᾧ, &c. Oratio, in qua positis
quibusdam, aliud quid à positis necessariò consequitur
per ea quæ posita sunt.

CAP. 28. καὶ ἀνδρολιῶν, καὶ καὶ πμορθίτες.

In Andrationem, & in Timocratem.

CAP. 31. πλιορκητής. Urbium expugnator.

Quæ in libro sexto decimo.

CAP. ἐνθυμητῶν. Commentatiunculam.

εἴ τι περὶ οὐκετῶν, &c. Si cum labore honesti quip-
piam egeris, laborabit, honestum manet. Si cum volu-
ptate turpe feceris quippiam; quod suave est, abit, quod
turpe est manet.

CAP. 3. διαρέσεων. Divisionum.

ἱλοχέμετα οὐδὲ, &c. Cogitabamus itaque propter
nimiam ventris compressionem summam esse inediā:
nam & ii qui sponte abstinent cibo, primis temporibus
fame afficiuntur, post autem minus.

εἰθισμένοι δέ εἰσι, &c. Scythe etiam consueverunt,
si quando cuiuspiam rei causa inediā ferre coguntur,
latioribus fasciis ventrem cohibere, quasi ita fames mi-
nus eos infestet. Ventre autem fere pleno, quia nulla
in eo sit inanitas, sit ne esuriant. Dum autem venter
compresso admodum est, caret inanitate.

INTERPRETATIO.

ἄπορον ἡ &c. Dubium est indigenisque considerationis, tum in hoc, tum in cæteris famelicis, quare in frigoribus magis hujuscemodi casus accidat, quam serenis temporibus.

CAP. 7. ὑδετήρως. Neutro scilicet.

CAP. 8. εἰσιγυαῖς. Introductiones.

ῳχλαῖαι μαίατων. Pronuntiatorum.

ῳχλωρα. Pronunciatum.

λεκτὸν αὐτοελές, &c. Dictum per se perfectum declaratum quantum ex semetipso.

ῳχλωμα. Propositum.

οὐωημαῖον ᾧχιαμα. Connexum pronunciatum.

συμπετλεγμάνιον. Copulatum.

ῥῆσεδιεζδυμάνιον. Vitiose disjunctum.

CAP. 9. ἀδιαφορᾶν. Indifferens esse.

CAP. 12. ἀπὸ θέρρεν. A pereundo.

ἔρρε κακὴ γλωσσή. Pereas mala pupilla oculi.

ἔρρε ἐν νίζε τάσον ἐλέγχετε ζωόντων.

Ocios AEolia viventum pessime cedas.

βάσοναν. Invidum.

βασοναίνεν. Invidere.

ἀπὸ φαίνεσθ, &c. Ab apprendo ad id, quod melius ac benignius est.

CAP. 18. ὄπληκή. Perspectiva.

κανονική. Regularis.

ρυθμός. Modus, numerus.

μέλος. Modulatio, cantus.

κανονική. Regularis.

μελεκή. Dimensiva.

Quæ in libro septimo decimo:

CAP. 2. σόλοικην. Solœcismi vitium.

Σένειαις μέσον. Ponere in medium.

ἱφόδιον. Viaticum.

GRAEC. DICTIONUM

τεμπλῶν ιερά. Templorum sacra.

CAP. 3. καὶ διδόσει, &c. Atque adeò navium ligna putrefacta sunt, & rudentes fatiscant.

αραγέσ. Ex agris satos.

CAP. 4. κηφισίου ἄν, &c.

Cephiseus genere ex Diopete patre,

Quinque & centum quum scripsisset fabulas;

Fato est defunctus, annos duos natus & quinquaginta.

τεχνικοί. Artificiales.

ἀμφιτετρύμον, &c. Dubium pro confessu & certo.

CAP. 8. μὴ γελάτε, &c. Ne ridete, ineſt oleum: verum vos nescitis qualis matutino diluculo hodie rigor fuerit, itaque gelu concretum est.

αἴθωπα οἶνον. Calidum vinum.

CAP. 9. συντάλη. Lorum quo epistolæ involvuntur.

CAP. 10. τὰς ἐρδύγοντα, &c. Cujus ex penetralibus eructantur inaccessi ignis purissimi fontes, fluviique ignis interdiu effundunt vorticem fumi ardentem: sed noctu rutila flamma volutata, faxa in profundam defert mari planitem cum vehementi strepitu. Illud autem Vulcani reptile gurgites valde horrendos ejectat, prodigium quidem admirabile asperu, miranda verò res & iis qui audiunt ab illis qui transierunt.

ρόον καπνῆς αἴθωπα. Fluxum fumi calidum.

ηρενές. Fluenta.

ακύρως. Impropriè.

τελεχεῖα. Dura.

CAP. 11. τέττα πνεύμονας οἶνω, τὸ γδ ἀσρὸν τελελεῖται.

Medefacito pulmonem vino, astrum enim exortur.

ἡ κάτω κοιλία. Inferior venter, & alvus.

INTERPRETATIO.

τεαχεῖα δέπτεια. Aspera arteria.

δημηλωτής. Apposita lingula.

τὸν τεαχεῖαν δέπτειαν. Asperam arteriam.

CAP. 12. αἰδολε μητεγί, &c.

Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca est.

μία μητεγί, &c. Una noverca, duæ matres.

CAP. 19. ἀγόρε πεδίτειν, &c. Sine ulla actione ad dicendum parati.

ἄνθρωπε πε βάθεις, &c. Homo ubi jam mittis, considera nunquid purgatum vas fit. Nam si ad inanem opinionem ea invergas, prorsum interierint. Sin compotescant, in urinam aut acetum vertuntur, aut si quid iis ipsis est deterius.

κυνικώπερον. Magis cynicum.

ἀνέχεις ή ἀπέχεις. Sustine, & abstine.

CAP. 20. πᾶν γὰ πελάξις, &c. Omnis enim actio sic fese habet. Nam ipsa quantum in semetipsa agitur, neque honesta, neque turpis est: quemadmodum sunt quæ nunc nos ipsis facimus, aut bibere, aut loqui, aut disputare. Non enim est horum honestum per seipsum quicquam, sed in actione, ut quidem est actum, ejusmodi evenit. Nam honestè gestum, & rectè, honestum fit, contrà vero turpe. Eodem pacto & amare ipsum, & amor, non omnis quidem honestus est, neque commendatione dignus: verum is, qui amare honeste nos adhortatur.

ἐνθύμημα. Commentum.

ὁδὲ περιεγέρον. Obiter, extra itineris propositum, quasi ex diverticulo.

CAP. 21. ἀπαιδεύτης. Ineruditus.

συγχρονισμός. Congruentia tempora.

ἀνηρ ὁ φόβυων, &c. Vir fugiens & denuò pugnabit.

ἀνθρωπῖνη, γυναικωνῖνη. Habitationem virorum, habitationem mulierum.

Quæ

GRAEC. DICTIONUM

Quæ in libro octavo decimo.

CAP. 2. ικενὰς τοῖς γυναικας. Communes mulieres.

νήπιοι εἰδοί οὐρανοί, &c.

Ignorant stolidi quam toto sit medium plus.

Ac quanta utilitas in malva atque asphodelo sit.

CAP. 4. μοχθηράς ή φορέικας. Improbos atque graves.

CAP. 5. ἀναγνώσιν. Lectorem.

CAP. 6. σοφιστέα. Inani sapientia.

CAP. 7. θηραΐεσθαι. Furere & insanire.

μελαγχολία. Atra bilis.

αἴσια ἔναν χειδόν π., &c. Et affectionem fere hanc heroicam esse.

μήτε παιροῦ, &c. Neque temporis, neque modi.

CAP. 8. ὁμοιοτήτων, ή ὁμοιόπλωτων. Similiter similitudinaria, & æqualiter desinentia, & comparia, & similiter cadentia.

ἀπειρόκαλοι. Inepti.

CAP. 9. ἄνθραξ μοι, &c. Dic mihi Musa virum.

ἐσπετε νῦν μοι μάστι. Pandite nunc Musæ mihi.

Διὸ τῷ ἐπεθανήτῳ. Ab eo quod est sequi, & dicere.

CAP. 10. ἐὰν ἀψή αὐτεῖ τὸ φλεβός. Si attrectaris venam ejus.

αἰγαῖον. Vas, & conceptaculum.

σφυγμός. Pulsus.

σφυγμός, ἐστι, &c. Pulsus, est disparatio & contraktionis indivisibilis arteriæ & cordis.

Ques

INTERPRETATIO;

Quæ in libro nono decimo.

CAP. I. Αρελέξεων. Disputationum.

συγκαταθέσθ. Assensiones.

τὰς ποιανάς φαντασίας. Ejusmodi imaginationes.
ἢ συγκαταπίθετη, &c. Non consentit, neque con-
sciscit.

καὶ ταχεότεροι ἀγέλαι. Et confirmat sententia sua.

ἢ συγκαταπίθετη. Non approbat.

CAP. 2. αἰσθήσθ. Sensus.

ἀνηλάσχες. Libidinosos, & intemperantes.

ἀκεράτες. Incontinentes.

ἀνηλάσχες. Incastigatos.

Ἄρτι οἱ καὶ, &c. Cur incontinentes eos appellare solemus, qui voluptate contrectandi aut gustandi exsuperantur? Nam qui immodicè re utuntur venerea, & qui luxu delectantur ciborum, incontinentes vocamus. Ciborum tamen non eadem ratio est, sed partim linguam, partim gulam, sua movent suavitatem. Unde Philoxenus gruis collum à diis immortalibus sibi dari optabat. At verò qui in videndo audiendove modum excedunt, non eodem vocabulo significamus? an quoniam voluptates sensibus hisce accommodatas, communes cum cæteris animalibus habemus? Ergo ut communes in honestissimæ sunt, ideo etiam maxime vel sola vituperandæ. Itaque hominem iis deditum reprehendimus, & incontinentem intemperantemque appellamus, quod vixit à teterimo voluptatum genere dicitur. Sed quum sentiendi genera quinque sint, cætera animalia duobus tantum quæ modo dixi, voluptatem sibi acquirunt, cæteris vel nihil omnino delectantur, vel per accidens ita afficiuntur.

INTERPRETATIO.

Quantum vales maximè.

Inque eo neque astra,
Neque plaustra facias.
Nam quid cum Pleiadibus,
Quid cum Boote mihi?
Vites fabrica quæso intus,
Et racemos pariter,
Aureosque pulchre calcantis
Comites Lyæi,
Amoremque excude simul.

ἀναφροδίςιας. Invenustatis.

CAP. II. τὴν φυχὴν ἀγαθῶνα φιλῶν, &c.

Suavia dans Agathoni animam ipsa in labra tenebam.

AEgra etenim properans tanquam abitura fuit.
σὸν ἀμυνόμενη. Non inelegans.

CAP. 12. αἰποθεῖαν. Tranquillitatem.

πάθη. Passionēs.

CAP. 13. ἀκλανίς. Minimè plorans.

Quæ in libro vicefimo.

οἱ τεῖχοι, &c. Liberi patris artifices.

ταχεῖαν μάζαν εἰκόνιλα. Quæstiones circulares.

Ἄλλο πάντοι διονυσιαν, &c. Cur genus id hominum,
quod Dionysiacos technitas, id est, artifices bacchanales appellamus, improbis esse moribus magna ex parte consueverunt? An quia minimè sese studio sapientiae dedunt? eo scilicet, quod in artibus necessariis magnam partem ætatis suæ consumunt, vitam plurimum traducunt incontinenter, partim etiam tum inopia, quod quidem utrumque vitia & gignit & auger.

CAP. 5. ἐξωπελλα. Extraria vel extrinfeca.

αὐξοαμαλικά. Aufculturatoria.

GRAEC. DICTIONUM INTERPRET.

ἀκροαμαλιώ. Auscultatoriam.

ἐξωτεριάς. Extrarias.

σειλινὸν πεζίπαλον. Pomeridianam ambulationem.

ἐωθινόν. Dilucularia.

ἐξωτεριγι. Extrarii.

ἀκροαμαλιγι. Auscultatorii.

ἀκροαμαλιάς. Auscultatorias.

ἀκροαμαλιγς. Auscultatorios.

CAP. 5. Ὅπιμελέμη. Habeo curam vestrum, & consulo rebus vestris.

ὑμᾶν. Vestri.

CAP. 8. συμπάθειαν. Consensum.

F I N I S.



IN